



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 67. Articuli de Concilio a Cæsare Theologorum judicio subjecti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Interea Lotharingius Cardinalis die de-
Sæcul. XVI
cima sexta Februarii Oenipontum ve- A.C. 1563.
nit, ibidem comiter, ac magnifice ex-
ceptus, cunctis eidem honorem deferre
certantibus: porro dum ille ibidem mo-
rabatur, habitus est in hac urbe Theo-
logorum congressus, cui post Quinque-
ecclesiensem Episcopum, qui primam
Sedem occupabat, præerant Canisius,
& Fridericus Staflus, qui Romanorum
Regis uxori a confessionibus erat. Pro-
ponebantur ibi Theologis varii arti-
culi, quos Gratianus ad Commendo-
num Oeniponti permanentem, cui a se-
cretis erat, transmisit, prout idem Ca-
nisius ad Patrem Lainesium Societa-
tis Præpositum, qui Tridenti agebat,
perscripserat: ceterum hi articuli nu-
mero duodecim his verbis unacum Ca-
nisii responsis erant concepti.

§. LXVII.

Articuli de Concilio a Cæsare Theo- logorum judicio subjecti.

I. *An Cæsari laborandum sit pro conti- Pall t.4. n.4
nuatione Concilii; anve ejus abru- Sarpius
ptio, aut suspensio permittenda. Respon- p. 375.
debat Canisius, nihil esse Cæsari conve-
nientius, quam ut omni studio conti-
nuandum curet Concilium.*

II. *Ubi in articulo superiori prima
pars eligeretur: num per minas, & cujus*

Sæcul. XVI. generi, agendum esset, ne abrumperetur?
A.C. 1563.

Respondebatur, Minas adhibendas non esse, sed prius amicas omnes rationes tentandas. Si vero nonnisi postrema hæc agendi ratio supereffet, recte prius expendendum, lucrumne, an damnum ea esset illatura: cum hujusmodi exemplum Cæfaris multos Principes excitaret ad habendas nationum Synodos schismaticas, absque communicatione cum Summo Pontifice.

III. *An proponendi potestas esset Legatorum propria, an Episcopis, & Oratoribus communis?* Affirmabatur, tantam esse Legatorum potestatem, eosque tantum auctoritatis obtainere, quantum Pontifici libet, in cuius potestate est cogere, regere, & confirmare Concilia. Porro ad hujus articuli calcem quærebatur, an reprehensionem mererentur Legati, dum ostium Concilii, quod cunctis patere oportebat, ab ipsis occluderetur Cæfari: verum super eo quid fuisset responsum, haud comperitur.

IV. *Cum contingeret, Præfulem unicum esse a Secretis Concilio, eumque parum opportunum, parumque fidum, quid agendum?* Responsio erat, oportere cum Legatis agi, ubi vero hi de re edocci remedium negarent, ad Pontificem confugiendum.

V. *An*

V. *An esset curandum, ut Patres duas Sæcul. XVI
in classes dividerentur, quarum altera a- A.C. 1563.
geret de doctrina, altera de emendatione?*
Nulla pariter hic apponitur Canisii re-
sponsio.

VI. *Num acriter promovenda esset
Summi Pontificis, Aulæque Romance emen-
datio, quando verendum esset, ne animi
Pontificis, & aliorum, in quos illa reci-
deret, adeo exacerbarentur, ut ad Syno-
dum præcidendam impellerintur? Hic simi-
liter Canisii responsum a Gratiano non
subditur.*

VII. *An esset reformandus Ordo Ec-
clesiasticus, & qua in re? Ad primum
solum respondens, affirmabat absolute,
& de cunctis Ordinibus: sed non mi-
nus idem conficiendum in cunctis Prin-
cipibus laicis, qui libertatem opprime-
bant, & sanctitatem Ecclesiæ violabant.*

VIII. *An in rem esset, iterum postu-
lari sumptionem Eucharistiae sub utraque
specie, matrimonium Sacerdotum, & libe-
rum carnis usum cunctis diebus? Negabat
id in rem videri.*

IX. *Quænam esset ineunda ratio, quo
Episcopi Germanicæ ad Synodum perge-
rent? Existimabat Canisius, Pontificem
a Cæsare, ut ipse gravioribus iussis, de-
nuntiata privationis poena, eo illos ac-
ciret, esse urgendum mittendumque ab
ipso Cæsare simul cum Pontificis mini-*

Sæcul. XVI. stro Oratorem suum, qui conjunctim
A.C. 1563. auctoritate Cæsarea eos compelleret,
 cum indignum esset, ob hæreticorum
 metum deserit utilitatem Christianæ Rei-
 publicæ, ubi tanta necessitas, & oppor-
 tunitas aderit.

X. *An expediret, ut ipse Cæsar se con-
 ferret ad Concilium?* Respondebat Ca-
 nius, hanc futuram fuisse expeditissi-
 mam rationem componendi inter Prä-
 fules præsentia dissidia, & evitandi fu-
 tura; infuper addebat, quod tunc, si
 Cæsar, ac Pontifex aut Mantuam, aut
 Bononiam convenienter, agi posset de
 capite, membrisque reformandis; un-
 de Cæsar & præmium apud Deum, &
 Gloriam apud homines promereretur,
 alter pene Constantinus.

XI. *Quænam opera esset opportuna
 circa caput de mansione Episcoporum, & in
 iis rebus, quæ per sacros Canones sancta
 fuerant.* Id vacat responsione.

XII. *An permittendum Legatis, ut re-
 proponerent, quo fibi liberet Ordine?* Quoad
 hoc etiam responsum desideratur, nec
 amplius notæ Gratiani progrediuntur.

Idem Gratianus præterea hæc re-
 ferebat: In articulo, ubi sermo erat de
 Romana aula reformanda, præsertim
 de coarctando Cardinalium numero, &
 tollenda relaxationum largitate dixe-
 rat Canius, antea rogandum esse Ponti-
 ficem,

ficem, ut se reformari pateretur. Verum Sæcul. XVI.
cum ipse Gratianus Canisio suggereret, A.C. 1563.
hujusmodi formulam inusitatam videri,
adeoque offensuram Pontificem, proin-
de ac si ipse superiori potestati subde-
retur, ideo factum, ut in hanc commu-
naretur: *rogandum Pontificem, ut ipse se,*
aulamque Romanam reformaret. Adde-
bat postremo, Canisium quoque plura
alia proposuisse, quæ eo tenderent, ut
Romæ quædam emendantur: atta-
men horum exigua habebatur ratio.

§. LXVIII.

Iidem articuli immutati, ac correcti.

Ceterum duodecim hi articuli in mul-
tis rebus fuere immutati, atque ex *Pallav. l. 28.*
c. 4. n. 6.
iis sequentes duodecim efformabantur:

I. *An Concilium legitime coactum fa-*
ventibus Principibus, possit in progressu
mutare, aut constituere ordinem alium ab
eo, quem illi Romanus Pontifex decrevit.

II. *Num expeditat Ecclesiæ, ut a Con-*
cilio agendæ, ac statuendæ sint res absque
directione Pontificis, Aulæque Romanae.

III. *An demortuo Pontifice Concilii*
tempore, electio ad Patres pertineat.

IV. *An ubi agitur de rebus ad pacem,*
tranquillitatemque Christianæ Republicæ
spellantibus, ferendum sit ab Oratoribus
Principum judiciale suffragium, quamvis il-
lud ipsis non competit de dogmatibus.

V. *Pos-*